

LATN 1002 Spring 2006 Test 5 passage, to go over in class on the day following the test– for “instant feedback” on the translation and grammar items (words in **bold**)

Lesbia, amīca Catullī, fuit bellissima et puella et dīves (quis potest negāre?); sed ista, cum sē nimium **laudāret**, vidēbātur nec dīves nec bella nec etiam puella! Sī Lesbia Catullum vērē **amāvisset**, poēta fuisset vir quam fēlicissimus. Cum is **esset** miserrimus, autem, amīcum Fabullum ad cēnam invītāvit ut plūrimum vīnum **biberent**. Fabullō locūtus est, “Apud mē bene cēnābis, sī **ferēs** quid **velim**: tibi vīnum ferendum est, et puella candidissima, et sāl, et omnēs cachinnae, atque etiam cēna! Dummodo omnia haec quam celerrimē **adferās**, optimē **mēcum** cēnābis; sī haec ferre **nōllēs**, essem miserrimus! **Diē utāmur!**” Fabullus nōn recūsāvit et, hōc amīcō vīsō, Catullus fuit tam fēlix ut Lesbiam in mente nōn diūtius **habēret**; arbitrātus est istam fēminam certissimē esse nōn vitiōsam sed vitium ipsum!